DE

TYPHO ABDOMINALI.

DISSERTATIO

INAUGURALIS MEDICA

QUAM

CONSENSU ET AUCTORITATE

GRATIOSI MEDICORUM ORDINIS

IN

ALMA LITERARUM UNIVERSITATE

FRIDERICA GUILELMA

UT SUMMI

IN MEDICINA ET CHIRURGIA HONORES

RITE SIBI CONCEDANTUR

DIE X. M. FEBRUARII A. MDCCCXLIV.

H. L. Q. S.

PUBLICE DEFENDET

AUCTOR

GUSTAVUS WALDHAUS

SILESIUS.

OPPONENTIBUS:

STASCHEK, med. et chir. Dr.
BORKERT, med. et chir. Dr.
VOGLER, med. et chir. Cand.

BEROLINI, TYPIS NIETACKIANIS.

PATRI OPTIMO

ANDREAE WALDHAUS

FRATRI CARISSIMO

EMANUELI WALDHAUS

HASCE

LITTERARUM PRIMITIAS

PIO GRATOQUE ANIMO

D. D. D.

AUCTOR

DEFINITIO MORBI.

Typhus abdominalis (Annely), quem scriptores varie appellant, uti febrem entero-mesentericam (Pinel, Petit), dothienenteritidem (Bretonneau), ileitidem pustulosam (Hufeland), febrem typhodem (Chomel), exanthema intestinale (Andral), gastro-enteritidem (Broussais), typhum gangliosum (Schoenlein), febrem nervosam stupidam (D. Frank), est morbus, cujus sedem alii in organis abdominis, in tunica mucosa intestinorum et in systemate nervorum ganglioso esse certant, dum alii morbum pro febri nervosa habent, ex inflammatione tunicae villosae intestinorum exorta, et quidem ita,

ut ista membrana mox in ulcerationem et degenerationem cum ruina sui ipsius abeat.

IMAGO MORBI.

Priusquam morbus ipse intrat, stadium prodromorum, formam febris rheumaticae, catarrhalis seu gastricae obtinens, antecedere solet, quod haecce praebet signa: aegrotus magnam accusat artuum lassitudinem, anxietatem, debilitatem corporis, inquietudinem, artuum capitisque dolores, appetitum ciborum vel minutum vel nullum; interdum quoque nausea et vomitus adsunt. Haecce signa sequuntur tria stadia morbi, quorum, pathologiae ratione habita, primum nominant evolutionis, alterum florescentiae, tertium denique maturitatis; quod vero attinet therapiam, morbus fortasse melius dividitur in stadium erethicum, nervosum, criticum.

---

a. Stadium erethicum.

Aegrotus jam primo accusat dolores capi-is trahentes ab occipite ad frontem; caput est bnubilatum, vertigo manifestatur, tinnitus au-ium, ut quaestionibus aegrotus non rite respon-leat, agrypnia eum vexat, inquietudo, anxietas, lebilitas magna, facies plerumque pallida, calore eximio, collapsa. Lingua superficiem exhibet nuco tenacissimo coopertam, colore rubro ad ipicem et margines atque striis albidis in utro-que latere notatam. In plurimis tamen aegris color iste rubicundus sub finem demum hujus stadii apparet, praeeunte in aliis colore albido, sordido, flavo obducto, una cum sapore ingrato, n aliis una cum sensu quodam ingratissimae amaritudinis. Aegrotus queritur de dolore fau-cium, humores oris paullatim sunt minuti, deni-que magis magisque evanescentes, tussis sicca, sputa tenacia. Abdomen tensum ac plenum est,

nonnunquam elasticum, molle, pulsatio abdomi-
nalis, dolor ex levissimo tactu, potissimum i
regione iliaca dextra. Alvus jam ex pluribu
diebus soluta est, sine doloribus, nonnunqua
obstipata. Sedes ipsae aut prorsus liquida
particulas quasdam subflavas in profundo exhi-
bentes, aut magis rigentes, ex atro flavescent
et foetidissimae reperiuntur. Interdum fit, ut ab-
domen percussum ipsis primis diebus morbi cla-
rius resonet, ut gas inesse intestinis judica
liceat. Deinde vero abdomen induit forma
convexam ac primum quidem supra regione
pubis, ubi, si percusseris, meteorismum cogn
sces, priusquam oculis eum cernere poss
Accedit febris vehemens. Pulsus est freque
duriusculus, parvus, 100 — 110 ictuum, cont
stim mollescens. Saepe jam a morbi initio
utroque latere percipitur rhonchus sibilans,
in partibus inferioribus clarius auditur, quam
superioribus saepeque totum pectus occup
Cutis initio quidem rubescens et spirans, in m
dio hoc stadio tangentibus calorem exhibet que

am siccum et mordacem. Urina parca ac foe-
us. Omnia haecce symptomata typum quen-
am praebent, et quidem talem, ut matutino
mpore remissiones, vespere exacerbationes in-
ent. Chomel etiam impetiginem, sic dictam
phosam, semper hoc in morbo exoriri con-
ndit. Esse enim maculas rubras, lentiformes,
ıae facile a petechiis discernantur, eo quidem,
ıod in his vero extravasatio sanguinis in cu-
s superficie locum habeat, quare color sub
essu digitorum efferatur, in maculis vero ty-
ıosis rubor ut in erysipelate evanescat; sed
erraro jam primo stadio inveniri, saepius se-
ındo vel tertio, in abdomine, thorace, rarius
extremitatibus.

---

b. Stadium nervosum.

A sexto ad septimum diem post ortum,
erraro prius aut serius, morbus induit formam

perfectam, quae typho abdominali dat signa pro
pria. Quae symptomata hoc stadium praebe
maxime ad nervorum systema spectant. V
rium diminutio in dies crescit et quidem ita,
aeger ipse sese sustinere nequeat, alienoqu
auxilio tanquam mortuus indigeat. Accedit dys
phagia a nimia pharyngis muscolorum debili
tate profecta, quare potus immissi per os
nares expelluntur. Pejus graviusque sympton
existit ex musculorum fibris contrahendi facu
tate destitutis, evacuationes videlicet, involunta
riae, ut aegrotus inscius faeces atque urina
emittat. Contra etiam, quod pessimum sym
ptoma, existit suppressio urinae vel ischuri
Inter cerebri affectiones locum tenent delir
fere perpetua, plerumque mussitantia, nonnun
quam quoque furiosa. Coma intrat, subsultu
tendinum, tremor artuum, floccorum venati
spasmi in nasi et labii superioris musculis, ocu
languidi, sitis vehemens. Labia, lingua, dent
initio quidem grisea, tum brunea, denique nig
et nitente materia teguntur. Meteorismus inte

um ad tympaniten increscit. Ventris dolores x jam percipiuntur. Diarrhoea per borboryg-os et dolores intrat, mox faeculentam indolem nittens et cum granulis albidis, flavis, griseis, occis albis et coriaceis mixta, aquosa, bru-:a, sanguinea, sedimento coffeae arabicae to-ae similis. Secundum Schoenlein flocci i constant ex albumine, cujus quantitatem in nguine aegroti comminui, magnaque ex copia lcis phosphorici. Febris continua contineus t; pulsus celer, frequentissimus, parvus, debi- 130 — 140 ictuum; cutis sicca, calor mor-x; respiratio celeris, inaequalis; urina turbida.

c. Stadium criticum.

Hoc stadium offert discrimen morbi, quippe grotus aut moritur aut sanatur. Si morte orbus finitur, omnia symptomata majorem gra-

dum assequuntur. Diarrhoea perpetua, stuporis summus gradus, lingua fit nigra, exoriuntur aphthae, deliria perpetua mussitantia, respiratio molestior, cutis siccitas adaucta; oculi tanquam in orbitam recedunt, faciesque fit Hippocratica. Pulsus frequentissimus, innumerabilis, filiformis. Mors denique subsequitur aut insultu epileptico vel apoplectico, aut paralysi vel virium collapsu.

Si vero morbus exit in sanitatem, omnia symptomata remittunt, somnus intrat, spasmi desinunt, lingua fit humida, cutis mollis, tractabilis, pulsus plenior, meteorismus decrescit, faeces flavescunt, sudor interdum intrat levis.

SECTIO CADAVERUM

Inter mutationes, quae sectione cognoscuntur, inprimis membranae mucosae intestinorum ulcer

ɔtanda sunt. Semper enim inveniuntur ulcera in icinia valvulae Bauhini, ubi glandulae Peye-.anae et Brunnerianae initio tumescunt, mox ɜro in ulcerationem transeunt, quae ulcera in dies 'escunt, tunicam mucosam erodunt, immo inter-ım etiam muscularem et externam perforant. !. Schoenlein sumit duas praecipue mutationes pho ganglioso oriundas, quarum una cernitur systemate ganglioso, altera in tela mucosa ɔdominali. Quod ad primam attinet, haecce ɔcet illustrissimus ille auctor. Aegroti si in nes stadio moriuntur inter septimum et deci-ım quartum, ganglia abdominis, praecipue ɜxum solarem vidit tumefactum, adauctum, ıgna copia sanguinis impletum, ideoque valde bescentem, qui quidem rubor est purpureus, idus. Eaedem sunt mutationes in nervis haec nglia inter se conjungentibus.

Mors si nonnullos post dies intrat, glan-
glia quidem amplificata quoque, sed dura, saepius
cartilaginea, magis albida inveniuntur. Quod ad
mutationes in membrana mucosa abdominali spe-
ctat, vir ille ingeniosisissimus processum huicce
conditioni subditum exanthematicum esse conten-
dit. Exanthema locum habere ait in media
parte inferiori intestinorum tenuium, raro val-
vulam coli transgredi, primum nodulos hemi-
sphaericos exoriri, qui serius disciformem au
umbiliciformem impressionem accipiant, seriu
escharam exoriri coloris griseo - nigrescentis
circa quam margo noduli undulatim sese attol
lat. Circa diem decimum vero ad decimum quar
tum escharam detrudi et ulcera inde formar
quae cicatrisationem ineant aut majorem ambi
tum adipiscantur, degeneratione gaudeant
mortem efficiant per phthisin intestinorum. No
dulos ipsos pisi magnitudinem habere, aut sim
plices aut gregatos inveniri et confluere. Eru
ptionem fieri intra quartum et septimum diem
die decimo quarto ulcera exoriri.

Exceptis illis, quas modo commemoravimus, mutationibus anatomicis, in membrana mucosa respirationis, a trachea ad bronchia, in pulmonum parenchymate, in cordis pariete interno, invenimus ruborem immo interdum etiam exsudationem et mollitiem in cerebro, semper vero venas sanguine impletas, ulcerationes linguae, oesophagi, malaciam tunicae mucosae ventriculi ejusdemque colorem vario modo mutatum. Quod ad hepatis splenisque mutationem pertinet, saepissime tumefacta atque emollita reperiuntur.

DIAGNOSIS MORBI.

Primum cavendum est, ne, quod saepissime accidit, morbus pro febri gastrica habeatur. Hicce quidem morbus magis symptomatibus gastricis, quae nominantur, excellit, uti jam in initio morbi lingua valde obtecta, oppressio et in-

tumescentia in regione ventriculi, dum vertigo contra deest, deliria blanda, impetigo typhosa (Chomel), stupor non adsunt. Deinde necesse est, morbus discernatur ab enteritide mucosa, sed hoc in morbo initio mox adest diarrhoea et dolor alvi excretionibus mitigatur, symptomata nervosa omnino desunt.

A phthisi denique intestinali morbus differt excretionibus, quae hic vere continent pus, et dolor intestinorum gravior est ac major. Febris hectica vespertina adest cum sudoribus colliquativis nocturnis, symptomata nervosa hic quoque plane deficiunt.

AETIOLOGIA.

Quae causa proxima sit typhi, sententiarum magna existit varietas. Alii enim putant, typhum nihil aliud quam inflammationem

esse, cujus exitus exulceratio tunicae mucosae intestinalis; alii affectionem intestinalem pro exanthemate tunicae mucosae habent, et febris rationem in typho eandem esse arbitrantur, quae n exanthematibus acutis esse soleat. Alii exulcerationem febri nervosa produci contendunt, quae ad destructionem illam localem tendat; alii ex gangliis abdominalibus male affectis et ebrem typhosam et ulcera intestinalia exoriri licunt. Quae quum ita sint, causam proximam, uae sit typhi, omnino quidem certo constituere non possumus, omnium vero mutationum, uae in cadaveribus reperiuntur, illam tunicae mucosae intestinalis plurimum facere ad typhum onstituendum vix negari potest; utrum autem ebris nervosae sunt effectores an effectus, haec ifficillima est quaestio.

Caussae praedisponentes referendae sunt etas juvenilis, sexus masculinus, constitutio orporis venosa. Praeterea ordines hominum inriores multis ex causis frequentissime typho bnoxii sunt.

Causis occasionalibus adnumerandae sunt et injuriae cuti illatae, ut refrigerium, et cibi concoquendi difficultas, tum vita sedentaria. Animi affectiones deprimentes, debilitas corporis vel ex nimia musculorum actione vel ex onania et excessu in Venere, vel ex diarrhoeis continuis; magnam vim quoque habet constitutio stationaria et annua, prout haec gastricam simulque nervosam prae se ferat formam.

PROGNOSIS.

In universum praesagium in typho infaustum est, et si singula symptomata respexeri fortasse sic statuendum. Quo juniores aegroti eo melior prognosis; quo magis debilitante caussae, tanto pejor. Secessus involuntarii pessimi sunt ominis et sedes sanguine mixtae, e haemorrhagiae intestinales semper ad morter

lucunt. Quo frequentiores sunt pulsus, eo pe-
or prognosis, praecipue debilitate simul incre-
scente. Quod ad febrem pertinet, prognosis
est melior, ubi remissiones clariores sunt, ac
ypus fere tertianus cognoscitur. Pejus deni-
que fit praesagium, respirationis organis magis
affectis.

CURA.

Quum multi medici inflammationem initio
norbi adesse contendant, sententiae huicce con-
gruentem methodum antiphlogisticam adhiberi
ubent. Quae quidem ibi tantum modica locum
habere potest, ubi signa congestionis apparent.
Magis in primo stadio emeticum collaudant recentio-
res, quod vero nunquam ex tartaro emetico solo con-
stare debet, ne loco vomitus intrent diarrhoeae.
Praeterea in hoc stadio, emetico jam adhibito,
aquam oxymur. (2 — 3 unc. p. die in vehi-

culo mucilaginoso ut decoct. hordei) praeberi jubent. Diaeta sit omnino antiphlogistica.

In stadio altiore morbi ingravescentis, ubi jam exulceratio intestinalis locum habet, prospiciat medicus, ut et alienatio localis alteretur et vires suscitentur. Quem ad finem medicamenta alterantia et roborantia, quae dicuntur, adhibeantur necesse est. Inter illa primum locum tenet Calomelas, qui majoribus dosibus ab medicis peritissimis datur. Aqua oxymuriatica jure laudatur, quoniam et alterantem vim et excitantem habet. Praeterea a gravissimis autoribus commendata sunt: Asa foetida, acidum muriaticum, cuprum sulphurico-ammoniatum.

Inter remedia, quibus excitare volumus, potissimum moschus referendus est, nec non ammonii praeparata. Praeterea ex aromaticis cinnamomum, nux moschata aliaque, praesertim in morbo protracto vel incipiente reconvalescentia cum felici successu adhibentur.

Inter remedia tonica prae omnibus ferrum,

acida mineralia ac china, quae inprimis in stadio reconvalescentiae adhibetur, nominanda sunt.

Hactenus de universa typhi curatione. Quod ad symptomata pertinet, singula mutationem quandam universae curae necessariam reddunt, aut propriam curam indicant. Epistaxis fomentationibus frigidis et obturatione coërcenda est. In haemorrhagiis, ex intestinis gravioribus exortis, glacies, extractum Ratanhae, acidum sulphuricum, alumen, clysmata mucilaginosa et adstringentia ex aceto parata in usum vocamus. Si decubitus apparet, lotiones cum spiritu frumenti et vitello ovorum, oleo terebinthinae instituendae sunt, et quando gangraena intravit, emplastrum diachylon, Ung. elemi, de styrace, matris, aqua creosoti, aqua calcaria, plumbum tannicum applicentur. Inflammationes, si in posteriore tempore morbi accedunt, ut bronchitis, vix sanguinis detractionem admittunt, necnisi topicam minime universalem, propter magnam corporis debilitatem, quo in casu derivantibus medicus contentus esse debet.

In perforatione autem intestini facta nullum remedium exstat, quo aegrotus conservari possit; nam mors cito, phaenomenis peritonitidis gangraenosae exortis, subsequitur, quanquam Graves et Stokes magnas doses opii eventu fausto sese porrexisse aegrotis suis contendunt.

VITA.

Ego Gustavus Albertus Rudolphus
ldhaus, religioni catholicae addictus, na-
sum die duodevigesimo m. Augusti anno
CCCXVI. Novi Fori, Silesiae inferioris
ido, patre Andrea, quem ut Deus optimus
imus perdiu incolumem servare velit, in dies
cor, matre Eleonora e gente Gramsch,
n ante quatuordecim annos morte mihi ere-
a lugeo. Primis litterarum elementis in
lis publicis instructus, anno aetatis trede-
Vratislaviam petii, ibique per octo annos
nnasium regium catholicum Leopoldinum, quod
Ill. Elvenich directore florebat, frequentavi.
MDCCCXXXVII testimonium maturitatis

adeptus, almam universitatem Viadrinam adii e
ab Ill. **Abegg**, t. t. rectore magnifico, inte
academicos receptus, ab Ill. **Otto**, t. t. decan
gratiosi medicorum ordinis, in facultatis medica
album inscriptus, hisce per triennium interf
scholis: Ill. **Barkow** de osteologia et syndes
mologia, de angiologia; Ill. **Benedict** de fa
sciis et instrumentis chirurgicis rite applicandi
de chirurgia generali et speciali, de ophtha
miatrice, qui idem vir operationibus chirurgicis
cadaveribus instituendis interesse mihi permis
praeterea in clinico chirurgico et ophthalmi
trico moderator mihi exstitit; Ill. **Elveni**
de psychologia; Ill. **Fischer** de chemia the
retica et experimentali et pharmaceutica;
Glocker de mineralogia; Ill. **Goeppert**
plantis officinalibus; quo eodem duce botani
interfui excursionibus; Ill. **Gravenhorst**
zoologia; Ill. **Henschel** de encyclopaedia m
dica; Ill. **Nees ab Esenbeck** de botanice g
nerali; Ill. **Otto** de anatomia corporis huma
de anatomia et comparata et pathologica,

toria foetus, de sectione forensi, qui quoque
lavera rite dissecandi artem me docuit; Ill.
hl de physice experimentali; Ill. Purkinje
physiologia, de physiologia organorum sen-
um, de physiologia psychologica, de patholo-
generali; Ill. Schön de hodegetice; Ill.
mer sen. de therapia generali et speciali,
idem vir artem formulas medicas concin-
di me docuit et in clinico medico moderator
i fuit; Ill. Wendt de materia medica; Ill.
ilo de logice.

Tum Berolinum me contuli, ubi ab Ill.
chtenstein, t. t. rectore magnifico, civibus
idericae Guilelmae adscriptus, ab Beat. Osann,
ultatis medicae decano maxime spectabili, in
jus ordinis album relatus sum, atque Ill.
luge de arte obstetricia disserentem audivi.
terum exercitationibus clinicis interfui chirur-
is Ill. Juengken; medicis Cel. Wolff.

Quibus omnibus clarissimis doctissimisque
is, quas possum, summas ex animo intimo
o semperque habebo gratias.

Jam vero tentaminibus, tam philosophico coram amplissimo philosophorum ordine, quam medico, nec non examine rigoroso coram gratioso medicorum ordine superatis, fore spero, u dissertatione thesibusque publice defensis, summ in medicina et chirurgia honores in me con ferantur.

THESES.

Nullum remedium specificum.

Systema nervorum et sanguis in quoque processu pathologico gravissimi sunt factores.

Nullum certum virginitatis signum.

Febris non morbus, sed symptoma.

NARROW GUTTERS

(1-2 CHARACTERS LOST ON SEVERAL PAGES)